UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nestoris Nouariensis vocabula suis locis: & s[e]c[un]d[u]m Alphabeti ordinem collocata ...

Nestor, Dionysius

[Straßburg], 1507

VD16 VD16 ZV 4606

E ante C

urn:nbn:de:hbz:466:1-98842

Visual Library

vrbs eſt Luſitanorũ mediterranea: teſte eodem Ptole. Eburum vrbs eſt Germaniæ: vt idẽ Pto/lemæus in coſmographia oſtendit.

Ebura. Require in dictione Ebur.

Eburnus. Ibidem   Eburum. Ibidem

E ante C

Echneis huius. dis. vel echneidos: cũ ch aſpirato ſequẽte e ſcribiẽ: genus eſt piſciculi. Nec ab hæ/reõ hæres deſcendit: vt Iſidorus tradit: & cum Catholico Vgu. ſomniauit. ſed ex εχω teneo: & ꝩηα naui componiẽ: nã (teſte Pli.) ruant vẽti: licet ſæuiãt procellę: imperat furori: tantaſq vires cõpeſcit & cogit ſtare nauigia. Quã etiã ob cauſã amatorĳs quoq veneficĳs infamis ẽ: & iudiciorꝫ ac litiũ nõnunq̃ mora. Vnde quod græce echneis: latine a nõnullis remora appel/laẽ. Hæc Plinius. Et ꝑducit echneis penultimã in recto ſyllabã. Nã apd' græcos cũ η in penultima ſylla. ſcribiẽ: quę ſemꝑ apud illos ꝑducta eſt. Vnde Apianus lib. i. ait. θαυμαστο λίσ τῆνησ εχενηίδιοσ ευρεσσαντο: quod etiã obſeruauit Lucan⁹: quom dixit: In medĳs echnæis aquis. Vbi nõnulli legũt echineis: verꝫ cũ echinus cũ ch aſpirato: & i latino: primã (vt ſtatim patebit) corripiat ſyllabã: Lucani metro cõuenire nequaq̃ põt: quẽ tñ ꝑ echneide Iſido. Papias. Vgu. Catholicon: ac etiã Auguſti. de ciuitate dei poſuere: ſed falſi ſunt. Nã echinus: alius quidã eſt piſciculus ex cancrorũ gñe: ſpinas habẽs quibꝫ ꝑ pedibꝫ vtiẽ: de quo Martia. Cortice depoſito mollis echinus erit. Iuue. ſaty. iiĳ. Et ſemel aſpecti littus dicebat echini. Hora. ſer. xiiĳ. Oſtrea Circæis Miſſeno oriunẽ Echini. Eſt etiã Echinus eadẽ litteratura villa Cyrenaicę ꝑuinciæ in Aphrica: & eodẽ noĩe vrbs Macedoniæ: teſte Ptole. Necnõ & genus vaſis æneí: in q̊ calices lauanẽ: teſte Acrone: qd' alĳ (vt ait) am/pullã dicunt eſſe vitreã: de quo Hor. ſermo. vi. Pocula cũ cyato duo ſuſtinet: aſtat echin⁹. Echinas hui⁹ echinadis vel echinados: eadẽ ſcriptu/ra ſcribiẽ. Sunt aũt echinades inſulę in Maliaco mari: teſte Herodo. li. hiſto. ĳ. de quibus Luca. meminit dicens: Craſſis oblimat echinadas vndis. Vgu. dicit poſſe declinari hæc echinada: qd' ſi compiẽ ab accõ gręco εχίναδα formeẽ neceſſe eſt: ſed & hæc echina hui⁹ echinæ declinari põt: dicẽte Seneca in Troade. Quolibet vento faciles echinæ. Echidna cũ ch aſpirato & i latĩo ſequẽte dn vipera diciẽ. Vñ de ea quã Hercules interfecit: inquit Oui. lib. v. faſto. Sanguine centauri Lerneę ſanguis Echidnæ Mixtus: ad auxiliũ tempora nulla dabit.

Echina. Require in dictione Echneis.

Echinas. Ibidem.   Echinada. Ibidem.

Echidna. Ibidem.   Echinus. Ibidem

Echo cũ ch aſpirato ſcribiẽ: nec ab εἰκων: quod apud græcos cũ εί diphthon. & κ ſcribiẽ: & a noſtris effigies tranſferẽ: deriuaẽ: vt cũ Catholico Vgu. ſõniauit: ſoni diciẽ vel uocis reꝑcuſſio Perſius. Reparabilis aſſonat echo. Oui. meta. iĳ Planxerunt dryades plangentibꝫ aſſonat echo.

Ecloga abſq ę diphthõ. & cũ c ſcribiẽ: & ab ἐκλεγω: qd' eſt eligo: qd' cõponiẽ ab εξ & λεγω deſcendit. Græci em̃ ſolẽt: qñ ex cõponiẽ cũ dictione incipiente a cõſonãte mutare ξ in κ: vt eclipſis: ecloga: verꝫ qa inter c & g reciproca eſt mutatio: facile c in g cõuerſo in errorẽ inducti ſunt Guarinus & Torte. q cũ æ diphthõ. ſequẽte g: hac. ſ. ſcriptura ægloga ſcribi voluerunt: maxime quia græci oẽs dictiones vbi e eſt ante g ꝑ æ diphthõ. annotare cõſueuerũt: vt ægon: ægæon: ægyptus. ꝑ̃ter εγω ꝑnomẽ: & εγειρω. i. erigo. Interprætaẽ aũt ecloga exceptũ: vt lib. iiĳ. epiſt. Plinius nepos: & li. iiĳ. eccleſiaſticę hiſt. Euſebius atteſtaẽ. Neq ſermonẽ de capris ſcat: vt cũ Catholico ſomniauit Vgu. tunc em̃ potius ægologa diceẽ q̃ ægloga.

Ectaſis cũ ct exilibꝫ ſcribiẽ: & dici põt productio: Eſt em̃ figura: qua ſyllaba naturaliter correpta produciẽ: quæ a nonnullis extaſis diciẽ. Extaſis itẽ mẽtis exceſſus vocaẽ. Egeo eges verbũ tam gtõ q̃ abltõ iungi poteſt.

Ecthliſis cũ c exili: & th aſpirato & i latino vtrobiq ſcribiẽ: & dici põt expreſſio. Eſt em̃ cæſura qua m cũ vocali elidiẽ: vt eſt apd' Vir. Mõſtrũ horrendũ ingens. Hæc a nõnullis ellipſis cũ dulicato l: ab alĳs ellepſis dicitur.

E ante D

Edo es eſt græcũ eſt verbũ: qd' apud antiq̃s: teſte Priſci. edo edis edit declinari ſolebat: vt etiã ab hoc compoſitũ: comedo comedis comedit. Vñ etiã Næui⁹ in carbonaria ait. Ille ipſi eſtat quã/do edit. Et format edo duplex ſupinũ: eſum ſcꝫ & eſtum: teſte Priſcia.

E ante F

Effero efferas primæ cõiuga. & efferor depõnẽs vſurpaẽ. Ambro. ſuꝑ Aegeſippũ. Efferauerat Herodes vniuerſos. i. efferos effecerat. Stati. in Achil. E raptũ ſuꝑis Mars efferat aurũ. Hiero. in Dan. ca. viĳ. Cũq appropinq̃ſſet ꝑpe arietẽ efferatus eſt in eũ. i. deſæuit. Effero effers faciẽ ꝑtõ extuli: qd' a verbo tollo mutuaẽ: in ſupino elatũ. Eſt aũt efferre extollere. Tul. li. offi. ĳ. Ita eos viros ſuſcipiũt: maximiſq efferũt laudibꝫ. Efferre edere ꝑ͂uchere. Vir. geor. ĳ. Extulit hic Decios: Marios. Efferre erigere leuare. Vir. lib. æneí. v. Oſtẽdit dextrã inſurgẽs Entellus: & al/te Extulit. Efferre oſtẽdere. Virgi. æneí. viĳ. Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit Efferre ꝑferre. Virg. æneí. v. Tũ ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos. Idẽ æneid. ĳ. Me ne efferre pedẽ genitor. Efferre ſubdere. Lucil. lib.